

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

17. Dom. VI. Quad. de ingressu Christi in Hierusalem Matt. 21.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

N
psum,
& in-
isque
n Dei
um.
arita-
(Ego
atrem
nside-
dentis
& con-
puta-
ne, nō
i, sic
ed de
i, mi-
babe
riam
s Fac
Deus
quan-
nini-
dubi-

non
, hác
fal-
piri-
ualí

DOM. TOTIVS ANNI. 37

tuali animæ. Vide, quantum Dei beneficium sit, in æternum non solum viuere, sed felicissimè viuere; taliq[ue] cogitatione te obfirma, ne sermones Dei vñquam sciens transgrediare.

DOMIN. VI. QVADRAG. Palma-
rum.
De ingressu Christi in Hierusalem.

Matth. 21.

PRACEPIT primo Dominus adduci asinam & pullum | Solvite & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus hoc opus habet, & confessim dimitte eos) Considera primo, Christum pro suo triumpho vilia preparare animalia, nullo ornatu, etiam necessario, instructa, ut discas Christiani hominis triumphum & gloriam veram esse in amore contemptus sui, humilitatis & paupertatis. Pauperum enim spiritu est regnum cœlorum. 2. in ipsa humilitate simul ostendere suam potentiam, tum quod tanquam Dominus omniū iubet bestias solui & adduci, non petita prius potestate à Domino earum; tum quod mouit cor absentis, ut sponte eas dimitteret, ut discas nihil potentius esse humilitatem ad solutionem à peccatis, & Deum tibi conciliandum, ut faciat, quod petis,

C 3 Disce

¶ MEDITATIONES IN

1. Discipuli fecerunt, sicut praceperit Iesvs;
Et positis vestibus super asinam cum desuper
sedere fecerunt. Considera primo, obedi-
entiam perfectam discipulorum, tum
quod non disputarint de mandato, an esset
iustum aliena tollere, tum quod in re vili,
ut ducenda asina cum pullo per plateas,
paruerint. 2. simplicitatem & deuotionem
erga Christum, quod ad honorandum illū
tritas vestes suas exuerint, iisque strauerint
asinam. vt scias si et Christus humiliet se,
nostrum tamen esse illum honorare, quan-
tum possumus, & ideo tam splendide or-
nантur omnia in templis. 3. cogita amo-
rem Christi in nos, qui tunc sinit se porta-
ri ab asina, id est, corpore nostro peccatis
subito, quando absoluti sumus à vinculis
peccatorum, & vestibus virtutum aposto-
licarum ornati.

3. Excepturus eum populus, cum veniret ob-
uiam, vestimentis suis, & ramis arborum ster-
nebat viam, & canebat. (O sanna, filio Da-
uid. Benedictus, qui venit in nomine Domini,
O sanna in altissimis.) Considera tunc te ve-
stes sternere Christi pedibus, quando bo-
nis temporalibus succurris pauperibus per
pedes Christi significatis: ramos verò oli-
uarum, cum opera quæuis caritatis & mi-
sericordie.

DOM. TOTIVS ANNI. 37

sericordiæ exerces; & palmarum, cum vi-
ctoriam extentatione reportas. Canis au-
tem Osanna, quando eius beneficia agno-
scis, laudas & prædicas. 2. considera, sum-
mum honorem hunc paulò post à populo
in summum dedecus mutatum. Hodie ho-
norant eum suis vestibus, post spoliabunt
eum propriis, & illudent ueste aliena. nunc
colunt ramis arborum, frondibus & flori-
bus, tunc ramis crucis, spinis, clavis & vir-
gis: nunc acclamant, *Benedictus*, tunc ri-
debunt eum, conspicient, & acclamabunt,
crucifigatur: nunc honorificè in urbem re-
cipiant, tunc cum dedecore cruce onu-
stum eiificant.

IN DIE PASCHÆ.

De apparitione mulieribus facta.

Marchi 16.

CONSIDERA quomodo anima Chri-
sti, postquam triduo solata est S. Pa-
tres in limbo, in sepulchrum ingressa cor-
pus resumperit, & summa luce illustra-
tum, fulgentibus imprimis manuum pe-
dumque vulneribus eduxerit, ut nobis cer-
tam spem daret nos similiter resurrectu-
ros, si hic exuto vetero homine in nouitate
vitæ ambulamus, & carnem crucifigamus

C 4 CUM